~~5~~ 476

Idem Bilinski Consorti Suæ Reformat.

Comparens in Actis praesentibus Castren. Capitan. Præmislien. personaliter Comparens Nobilis Petro Bilinski Kuznic sanus mente et corpore exemptus a Terris Districtibus Juribus Jurisdonibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo praesenti vero Castren. Capitan. Premislien. Jurisdoni quoad actum praesentem attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobili Catherinæ Maysthowska Coniugi suæ legitimæ eiusque posteris summam sexaginta floren. polon. ratione veri dotis et expeditionis post eam acceptæ et in domum suam importatæ nec non aliam similem summam sexaginta floren. polon. ratione veri visi et liquidi dotality super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium hæreditariorum obligator. mobilium et immobilium summarumque quarumvis pecuniarum auri argenti clenodiorum vestium vestimentorum equorum equirelorum pecudum aris stanni cupri orichalci ac totius supellectilis domesticæ nunc habitæ et in posterum habendæ dat dotat dotalitiat atque inscribit et reformat prout praesentibus dedit dotavit dotalitiavit inscripsit et reformavit. Per ipsi et eius successores medietatem bonorum praefatorum modo praemisso reformatæ cum omni praemissorum jure dominio et proprietate cumque omnibus

et

et singulis mediebat bonorum effectorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis obventionibus attinentys et pertinentys generaliter universis tenendi habendi possidendi illisque quiete et pacifice utifruendi et ad usus suos suorumque successorum prout ne beneplacitos libere et effectualiter convertendi rigore et more aliarum Reformationum hactenus et diutius in Regno observari solitarum Hac sua praesenti Recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Actum in Castro Praemysliensi Feria Quarta Pridie Festi Sanctae Priscae Virginis Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Septimo.

17/I 1656

Ossolinski Czerminskiey Cedit.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Praemyslien. Magnificus Nicolaus de Thecyn Ossolinski Capitaneus Neosonien. sanus mente et corpore exemptis a Terris Dicti bus Juribus Jurisdonibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo Praesenti vero Castren. Capitan. Praemyslien. Jurisdoni quoad actum praesentem attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subyciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse de omni et integro Jure suo